

# Das Gedächtnisbuch des Kölner Fraterhauses Weidenbach.

Von

Kl. Löffler.

Im Anschluss an den im vorigen Hefte dieser Zeitschrift abgedruckten Aufsatz über die Geschichte des Hauses Weidenbach veröffentliche ich nun das dort angekündigte Gedächtnisbuch.

In der Verbrüderung zwischen den Häusern in Münster und Köln (1425), der sich später (1442) auch Wesel anschloss, war festgesetzt worden, dass die Brüder und Wohltäter der drei Häuser in jedem von ihnen aufgezeichnet und an den Vigilien der vier Hauptfeste verlesen werden sollten.

Das ist die Grundlage der Gedächtnisbücher, und darauf beruht es, dass auch die Namen von Münster und Wesel verzeichnet sind.

Die Handschrift, bezeichnet als „Liber presbiterorum et clericorum domus in Widennbach Coloniae“, befindet sich im Besitze der Königlichen Bibliothek in Berlin, wohin sie 1847 aus dem Nachlass des Aachener Lokalhistorikers Christian Quix<sup>1)</sup> gekommen ist, unter der Signatur Ms. boruss. Quart. Nr. 249. Sie enthält 72 Pergamentblätter im Format  $27\frac{1}{2} \times 18\frac{1}{2}$  cm. Den Kern des Inhalts<sup>2)</sup> bildet der „Liber memoriarum in Wydenbach“, ein in der bekannten kalendarischen Anordnung angelegtes Totenbuch (Bl. 12<sup>a</sup> bis 58<sup>b</sup>). Auf jeder Seite stehen vier Tage. Die Eintragungen gehen von Anfang des 15. bis zum Ende des

1) Vgl. über ihn die Allgemeine Deutsche Biographie.

2) Diese Einleitung war längst geschrieben als Barnikol S. 180 ff. seine Beschreibung veröffentlichte. Ich lasse sie unverändert.

18. Jahrhunderts. Daran schliessen sich die „Nomina fratrum nostrae congregationis et benefactorum defunctorum“ (Bl. 59 bis 72<sup>b</sup>). Hier sind die verstorbenen Brüder der drei Häuser Köln, Münster und Wesel nach ihren Todesjahren (in der Form von Totenannalen) verzeichnet vom Jahre 1417 ab bis zum Jahre 1760, freilich mit sehr ungleichmässiger Sorgfalt. Vielfach sind Charakteristiken und genaue Angaben über die Schenkungen beigelegt, wodurch sich der Wert für die Geschichte des Hauses und die Kölner Lokalgeschichte erhöht. Das Verzeichnis lässt ersehen, dass die Fraterherren neben der Anfeindung, die wir aus anderen Quellen kennen, doch auch zahlreiche Freunde und Wohltäter sowohl unter den Geistlichen wie unter den Bürgern gefunden haben. Endlich wird derselbe Stoff noch in einer dritten Form dargeboten, nämlich nach den drei Häusern verteilt: „Nomina fratrum nostrorum defunctorum in Wydenbach“ (Bl. 4<sup>a</sup> bis 6<sup>a</sup>), „Nomina benefactorum nostrorum in Wydenbach“ (Bl. 6<sup>a</sup> bis 8<sup>a</sup>), „Nomina fratrum nostrorum defunctorum in Monasterio“ (Bl. 9<sup>a</sup> bis 10<sup>a</sup>, fortgesetzt auf Bl. 8<sup>b</sup>), „Nomina fratrum nostrorum defunctorum in Wesalia“ (Bl. 10<sup>b</sup> bis 11<sup>b</sup>). Die Daten sind hier erst von später Hand beigelegt. Die Einleitung des Buches endlich enthält die Bestimmungen über die Memorienfeiern, eine legendenhafte Erzählung über den Erwerb einer Armreliquie der hl. Agnes, eine Erzählung über die Gründung und Bestätigung des Hauses, den Eingang der Verbrüderungsurkunde von 1425, ein Verzeichnis der Rektoren und ein Verzeichnis der Altäre mit Angabe der Weibetage (Bl. 2<sup>a</sup> bis 3<sup>b</sup>).

Es wäre natürlich unnütze Raumvergeudung gewesen, das ganze Buch abzdrukken. Ich habe es vielmehr für vollauf genügend gehalten, ausser der Einleitung nur die Totenannalen herauszugeben. Die Daten habe ich aus dem Kalendarium entnommen und als Anmerkungen beigegeben, wo es von Interesse erschien, auch die Eintragung im Kalendarium selbst. Den im Kalendarium allein enthaltenen Überschuss, soweit er Köln und Wesel betrifft, habe ich dann als Nachlese angefügt<sup>1)</sup>.

1) Während von einem Weseler Gedächtnisbuche nichts bekannt ist, liegt das münsterische bereits seit 1843 im 6. Bande der Zeitschrift für vaterländische Geschichte und Altertumskunde Westfalens vor. Nachträge dazu aus unserem Kölner Buche habe ich im 73. Bande derselben Zeitschrift (1915) veröffentlicht.

Das Buch ist nicht von Anfang an gleichzeitig mit den Ereignissen geführt, sondern erst im ersten Jahrzehnt des 16. Jahrhunderts<sup>1)</sup> angelegt. Bis dahin beruht es auf älteren Aufzeichnungen, auf den Urkunden oder auf einem älteren Buche, und dieser erste Teil ist von einer Hand geschrieben, wie auch die Bemerkungen zu 1448 und 1459 beweisen<sup>2)</sup>.

---

1) Bis dahin geht, soviel ich sehe, die erste Hand. Barnikol S. 182 dagegen meint, dass die beste und älteste Schrift verglichen mit den Händen des münsterischen Gedächtnisbuches, höchstens der Mitte des 16. Jahrhunderts angehören kann.

2) *Quid vero dederit, invenire non potui. — Item diem et annum mortis eius non inveni.*

[Bl. 2<sup>a</sup>] Ad perpetuam rei memoriam. Noverint universi fratres domus nostrae tzo Wydenbach, quod in praesenti kalendario signati sunt et signabuntur fratres nostri defuncti et etiam benefactores.

Sciendum de suffragiis mortuorum. Pro domibus nostris apostolica auctoritate unitis<sup>1)</sup> ad vitandum onera importabilia, quae cotidie multiplicantur, videtur prioribus communis colloqui, quod deinceps suffragia fratrum defunctorum sub hac forma exsolvantur, donec aliud desuper fuerit deliberatum seu determinatum. Inprimis fiant exequiae pro fratre defuncto in suo conventu et hoc in die depositionis praesente funere seu alio die congruenti. Deinde fiant debita pro eo uniformiter ab omnibus personis unioni praedictae subiectis, videlicet quamprimum innotuerit obitus alienius fratris, accipiant singuli disciplinam et quilibet legat psalterium, salvo quod sacerdotes possunt pro psalterio, si voluerint, dicere unam missam pro defunctis habituri nichilominus memorias pro defuncto fratre in suis missis, prout caritas fraternitatis plus et minus persuaserit. Deinde quilibet solvat unum tricenarium vigiliarum, videlicet prima die IX lectiones choraliter in domo, ubi obierit, in aliis ad placitum, reliquas vigiliis trium lectionum private, donec tricenarius compleatur. Item fratres nostri laici, qui sciunt legere, vigiliis legant et pro defuncto fratre triginta vigiliis, qui vero nesciunt, dicere debent centum quinquaginta Pater noster, Ave Maria pro psalterio et triginta diebus triginta Pater noster pro vigiliis.

[Bl. 2<sup>b</sup>] Pro assertione veritatis, quo[!] brachium sanctae Agnetis virginis et martyris de Traiecto inferiori ad Coloniam in domum clericorum communis vitae Wydenbach delatum sit.

---

1) Gemeint ist die Urkunde von 1439. Vgl. H. 102 S. 113.

Notandum. Circa annum Domini MCCCCXVII. in copiosa multitudine monasteriorum. utriusque sexus civitatis Coloniensis paucissimae fuerunt emendatae conversationis monasticae vitae seu religionis, nec erat, qui devotos hospitio recipere non fastidiret. In ipso primi fervoris flore fratres dicti conventus laetis hospites excipientes amplexibus presbyterum quendam civitatis Traiectensis versus curiam Romanam tendentem in dicto conventu contigit hospitari, qui brachium sanctae Agnetis virginis serico involutum secum detulerat. Qui mane consurgens brachium arripuit, civitatem exire disposuit. Intra civitatem circa muros girovagus sagaci indaginé usque ad horam prandii, qua exiret, portam quaesivit nec invenit. Moeroris mole depressus, tristitia perfusus monstruosum portentum vix admirari sufficiens percussi cordis conatu fatigantes artus paulisper quieti daturus praedictum fratrum conventum repetiit, quae contigerant, exposuit ac impertracte brachium sanctae virginis ibidem custodiendum commisit, opificis summi manum super se extentam animadvertens. Exinde terrificam comminationem solutus, cui propria conscientia virga et squama squamae iuncta fuit, in admirabilem mentis alacritatem medullitus evasit, et sic absque omni impedimento corporis arreptum iter continuavit.

Haec veridicorum relatione primorum fratrum receptorum congesta sunt.

[Bl. 3<sup>a</sup>] In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Haec est tabula presbyterorum et clericorum congregationis domus 20 Wydenbach in Colonia sitae ad oppositum sancti Panthaleonis infra parochiam sancti Mauritii, quae incepit anno Domini MCCCCXVII. tempore generalis concilii Constantiensis. In quo concilio sancta mater ecclesia circiter XXX annos lamentabili scismate flagellata interdum duobus, interdum tribus de papatu contententibus per canonicam et concordem electionem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia papae quinti fuit reunita divina gratia per serenissimum principem Sigismundum, Romanorum et Ungarorum regem cooperantem. Qui dominus papa Martinus domum nostram congregationis presbyterorum et clericorum in Colonia et in civitate Monasteriensi dictam ad fontem salientem pro presbyteris et clericis caste, concorditer et in communi viventibus per dilectum patrem

nostrum dominum Henricum de Ahues, presbyterum et ecclesiae Monasteriensis vicarium, fundatam et institutam solempni bulla confirmavit et solempne et utile privilegium gratiose concessit<sup>1)</sup>, quemadmodum etiam reverendissimus in Christo pater et dominus Theodricus de Moersa, sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus<sup>2)</sup>, ac venerabilis dominus Gerardus de Monte, eiusdem sanctae maioris ecclesiae Coloniensis praepositus ac almae universitatis Coloniensis cancellarius necnon et per civitatem Coloniensem archidiaconus, suis literis et sigillis iuxta venerabilium dominorum et doctorum dictae almae universitatis Coloniensis tam sacrae theologiae quam utriusque iuris determinationem et declarationem approbaverunt et concesserunt.

In praedicto vero sancto generali concilio erat quidam nomine Matthaeus Grabbo, lector ordinis praedicatorum diocesis Razeburgensis, conventus Wymariensis ponens quasdam praetensas conclusiones contra modum, sicut permittitur in puritate orthodoxae fidei et in unitate et conformitate sanctae matris catholicae ecclesiae: caste, concorditer et in communi. Praecipue erat ista, quod non liceret tria consilia sancti evangelii domini nostri Ihesu Christi, scilicet paupertatis, castitatis et oboedientiae impleri nisi in ingressu religionis alicuius approbatae, scilicet sancti Augustini, Benedicti vel Francisci, cum nonnullis aliis conclusionibus in quodam suo libello contentis, de quibus publice fuit convictus tamquam hereticus, et libellus suus in praesentia domini papae in Florentia fuit combustus et ipse post revocationem et abiurationem dictarum conclusionum perpetuo carceri fuit adiudicatus, ut patet in processu, quam in ista domo habemus in testimonium praemissorum<sup>3)</sup>.

Sequitur cedula confoederationis et unionis domorum nostrarum fontissalientis in Monasterio et ad rivum salicum in Colonia<sup>4)</sup>.

1) Eine Bestätigung auch des Kölner Hauses durch Martin V. ist mir nicht bekannt. Die des münsterischen vom 2. November 1424 befindet sich im Priesterseminar in Münster.

2) Vgl. H. 102 S. 105.

3) Vgl. hierzu H. Keussen, Der Dominikaner Matthäus Grabow und die Brüder vom gemeinsamen Leben, in den Mitteilungen aus dem Stadtarchiv von Köln H. 13 (1887) S. 29 ff. — Lea, Geschichte des Hexenwesens Bd. 2, S. 466. — Das Endurteil des Kardinals Antonius von Aquileja vom 22. Okt. 1419 im Kölner Domarchiv. 4) Vgl. H. 102 S. 112.

[Bl. 3<sup>b</sup>] In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Nos presbyteri et clerici domus congregationis fontissalientis in Monasterio, quae incepit anno Domini MCCCC., sic convenimus et concordavimus pro nobis tunc praesentibus et pro omnibus successoribus nostris imperpetuum, ut nobis et presbyteris et clericis domus tzo Wydenbach in Colonia sit cor unum et anima una in Domino, et ut maneat inter nos indissolubile vinculum caritatis. Omnes presbyteri et clerici in dicta domo tzo Wydenbach in Colonia recepti et recipiendi et eorum familiares erunt in nostra domo fontissalientis praedicta etiam recepti et nostri condomestici et dictae domus nobiscum compossessores secundum formam instrumentorum receptionis fratrum. Et si contingeret, quod Deus avertat, eis aliquod infortunium, scilicet incendii vel persecutionis, erunt nobis accepti in domo nostra sicut fratres nostri. Sed si quis ex levitate vel minus rationabili causa seu ex vitio impatentiae vel alio quocumque modo irrationabili ex aliqua dictarum domorum recesserit vel expulsus fuerit, in nulla earum requiem inveniet vel receptionem. Et si per pestilentiam vel aliam occasionem contingeret dictam domum tzo Wydenbach desolari, volumus solliciti esse de personis etcetera, ut habetur in litera confoederationis nostrae.

Et etiam ne per oblivionem ista depereant, fecimus tabulam, in qua scripsimus nomina nostra et nomina dictorum fratrum et etiam nomina benefactorum nostrorum, tam vivorum quam mortuorum, quae tabula recitabitur in vigiliis quatuor summorum festorum. Et post recitationem legetur pro vivis psalmus „Ad te levavi oculos“ etc. cum versiculo „Salvos fac servos tuos“, „Mitte eis auxilium“, „Domine, exaudi“, cum collecta „Deus, qui caritatis dona“ etc., pro defunctis psalmus „De profundis“ cum collecta „Deus, veniae largitor“ etc.

[Bl. 2<sup>a</sup>] **Rectores domus nostrae in Wydenbach Coloniae.**  
 Dominus Henricus de Ahuys, rector<sup>1)</sup> hic et in Monasterio. Monasterii rexit 39 annis, hic vero 3 annis. Postea constituit in locum suum Coloniae Nicolaum Dens, primum nostrum rec-

1) Diese und die folgenden Bemerkungen zu den Namen sind von späterer Hand zugefügt.

torem hic residentem, anno 1419, ipse vero Ahuys obiit anno Domini 1439. Monasterii.

1. Dominus Nycolaus Denss rexit annis 39<sup>1)</sup>.
  2. Dominus Johannes Berlyn rexit annis 20<sup>2)</sup>.
  3. Dominus Bruno de Broel rexit annis 4<sup>3)</sup>.
  4. Dominus Petrus de Nuyssia rexit annis duobus<sup>4)</sup>.
  5. Dominus Johannes Scholl de Essendia rexit annis 29<sup>5)</sup>.
  6. Dominus Clemens de Amsfordia rexit annis 5<sup>6)</sup>.
  7. Dominus Fridericus de Wichterich rexit annis 25<sup>7)</sup>.
  8. Dominus Rutgerus de Burich rexit annis 9<sup>8)</sup>.
  9. Dominus Wilhelmus Helden rexit annis 4<sup>9)</sup>.
  10. Dominus Oldaricus Dulcken rexit annis 5<sup>10)</sup>.
- [Dominus<sup>11)</sup> Godefridus Greveradt electus est post dominum Udalricum a Dulcken anno 1564. et rexit 32 annis ad annum usque 1595., quo anno resignavit et in illius locum electus est dominus Maternus Dusselius anno 1595.]
11. R. Dominus Maternus Dusselius rexit annis 29<sup>12)</sup>.
  12. R. Dominus Joannes Trierman rexit annis 9<sup>13)</sup>.
  13. R. Dominus Joannes Westhoven rexit 14 annis<sup>14)</sup>.
  14. R. Dominus Severinus Morgenputz rexit 10 annis<sup>15)</sup>.
  15. R. Dominus Johannes Flashoffen rexit 12 annis, obiit 1676, 23. Maii.
  16. R. D. Petrus Alstorff rexit 2 annis et uno circiter mense<sup>16)</sup>.
  17. R. D. Wilhelmus Sax rexit 12 annis, obiit 89, 10. Septembris.
  18. A. R. D. Joannes Kistemächer rexit 24 annis, obiit 1713, 28. Martii.
  19. A. R. ac Amp. D. Georgius Gewer rexit in 18. annum, obiit 1731, 24. Febr.
  20. A. R. D. Clemens Ringens rexit in annum quintum, obiit 1736, 9. Septembris.

- 
- |                      |                        |                      |
|----------------------|------------------------|----------------------|
| 1) † 28. Jan. 1457.  | 2) † 1. Juni 1477.     | 3) † 11. April 1481. |
| 4) † 20. Juli 1483.  | 5) † 20. Februar 1513. | 6) † 13. Okt. 1517.  |
| 7) † 15. Jan. 1543.  | 8) † 25. Dez. 1552.    | 9) † 23. Jan. 1562.  |
| 10) † 11. Aug. 1564. |                        |                      |

11) Diese Bemerkung ist auf der gegenüberstehenden Seite (Bl. 1 b) nachgetragen.

- |                      |                       |                      |
|----------------------|-----------------------|----------------------|
| 12) † 24. Aug. 1623. | 13) † 1. Sept. 1633.  | 14) † 21. Aug. 1652. |
| 15) † 10. Jun. 1663. | 16) † 26. Sept. 1677. |                      |



21. 1) 1751 die 17. Februarii obiit A. R. D. Gerardus Aussem aetatis 69 annorum, rector in 15. annum.
22. 1760 die 26. Aprilis A. R. D. Henricus Ludovicus Maas aetatis 57 annorum, rector 10 annis<sup>2)</sup>.
23. 1763 die 28. Maii A. R. D. Joannes Schieffbohn aetatis 70 annorum, in 4. rector.
24. 17 . . . . die . . . .<sup>3)</sup> Henricus Schuller aetatis 52 annorum, qui in tertio mense rector. dimisit.
25. 1772 die 6. Junii A. R. D. Reinerus Krott aetatis 57 annorum, rector . . . . .

Hic erat ultimus rector primaevi instituti. Post suppressionem domus primus rector ab archiepiscopo nominatus erat Daniels, ss. th. doctor, can. ad ss. Apostolos et B. M. V. ad gradus, obiit . . . . ., rexit annos 10.

Joannes Weimar rexit annos 10, erat ss. theologiae doctor, obiit 1. Junii 1793.

Peter Joseph Foerster, can. B. M. V. ad gradus, rexit an. 7 et promovebatur praeses seminarii.

Ioh. Wilhelm Lohkampff, can. ad s. Severinum.

---

[Bl. 2<sup>b</sup>] Item. Dominica proxima post Udalrici est semper dedicatio capellae nostrae in Wydenbach et summi altaris nostri. Nota. Si festum Udalrici ceciderit in dominicam, tunc dedicatio erit dominica sequenti, scilicet translationis sancti Benedicti abbatis.

Item. Primum enim altare, videlicet apostolorum, est in honore omnium sanctorum apostolorum, evangelistarum et Iohannis Baptistae, cuius dedicationem annue statuimus in dominica post Iacobi peragendam.

Secundum autem altare, scilicet martyrum, consecratum in honore sanctorum Stephani, Laurentii, Vincentii, Cosmae et Damiani, Panthaleonis, Cornelii, Quirini, Georgii, Mauriti, Gereonis et Wenzelai martyrum, Anthonii abbatis, Hupert, Severini, Cuniberti episcoporum et confessorum, cuius dedicationem semper ipso milium martyrum die posuimus celebrandam.

---

1) Die folgende Fortsetzung auf Bl. 1 b.

2) Vgl. H. 102, S. 126.

3) † 1760, 2. Sept.

[Bl. 3<sup>b</sup>] Item. Tertium altare, videlicet virginum, consecratum est in honore sanctorum trium magorum necnon sanctarum Katherinae, Barbarae, Agnetis, Dorotheae, Apolloniae, Caeciliae, Agathae, Theclae, Ursulae cum sodalibus suis virginum, Annae, matris virginis gloriosae Mariae, et Elizabeth viduarum. Huius quoque altaris dedicatio perpetuis temporibus peragi debet ipsa die undecim milium virginum.

Item dedicatio altaris confessorum semper servatur dominica proxima post festum sancti Jheronimi presbyteri et doctoris gloriosissimi.

Ab anno Domini MCCCCXVII. Incipiunt nomina fratrum nostrae congregationis et benefactorum defunctorum.

1417. Obiit frater Conrardus de Cassel, senior, laicus receptus in Monasterio, habens aetatis circa XC annos<sup>1)</sup>.

1418<sup>2)</sup>. Obiit in Monasterio frater Nicolaus Gremmen de Ueckel, accolytus<sup>3)</sup>.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Henricus de Werle<sup>4)</sup>, accolytus<sup>5)</sup>.

1419. Obiit<sup>6)</sup> in Monasterio frater Heribertus, presbyter, etiam receptus in Colonia et ibidem sepultus in ecclesia sancti Mauritii ante ianuam ad septentrionem.

Eodem anno<sup>7)</sup> obiit in Wydenbach frater Johannes Oyskerchen, receptus accolytus, et Johannes Oelde de Warendorp, clericus et quasi receptus, sepulti in uno sepulchro in cimiterio sancti Mauritii.

Eodem anno obiit in Wydenbach frater Henricus de Noviomago, receptus clericus<sup>8)</sup>, sepultus in cimiterio sancti Mauritii.

Eodem anno obiit frater noster Johannes Waerberch, receptus accolytus<sup>9)</sup>.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Alardus Wanloe, presbyter receptus<sup>10)</sup>.

Obiit . . .<sup>11)</sup>.

1) † 12. August.

2) Das münsterische Gedächtnisbuch (S. 92) gibt für die beiden folgenden das Jahr 1420 an.

3) † 18. August. Das Jahr ist im Kal. in 1417 geändert.

4) Er hiess nach dem münsterischen Gedächtnisbuch (a. a. O.) Buck.

5) † 21. Nov.

6) † 13. August 1420[!]. Auch das münsterische Gedächtnisbuch (S. 91) hat das Jahr 1420.

7) † 25. August. 8) Henricus Schontzwane, † 19. Sept.

9) † 11. August. 10) † 18. August.

11) Hier folgt eine Rasur (zu lesen ist noch: qui dedit), auf die von anderer Hand geschrieben ist: Sophia N. benefactrix 1420. Joannes Beienburgh benefactor 1439. Margaretha Grut de Amsfordia dedit 50 R.

1428. Obiit in Monasterio Tylmannus de Wesalia, laicus receptus<sup>1)</sup>.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Johannes de Berka, presbyter receptus.

Eodem anno obiit dominus Johannes Rosmyt, noster commensalis<sup>2)</sup>, qui et multum iuavit, quando domus nostra ista tzo Wydenbach fuit incepta et propter hoc nomen eius ponitur in aliquibus literis et privilegiis nostris, et fecit nobis et fratribus nostris in Monasterio multa bona, postea receptus ad oboedientiam in monasterio regularium prope Northoren<sup>3)</sup> et ibidem sepultus.

Eodem anno obiit dominus Ghyselbertus<sup>4)</sup>, presbyter, notabilis benefactor, qui dedit nobis bibliam et quartam partem de vita Jhesu et quitavit nos de debitis XXXIX florenorum, quos concesserat fratribus nostris.

Eodem anno obiit dominus Gortfridus Buethoren<sup>5)</sup> de Monasterio Westphaliae, canonicus Monasterii Eyfliae, qui dedit nobis XXXVI fl. superiores ad perpetuam memoriam sui et pro quibus desideravit.

1429. Obiit frater noster Hermannus Neym<sup>6)</sup>, presbyter receptus, et sepultus est ad sanctum Panthaleonem in paradiso ante introitum.

Eodem anno obiit frater noster Johannes Erelens, receptus accolytus<sup>7)</sup>, et sepultus in cimiterio sancti Maurittii.

Eodem anno obiit frater Martinus de Kempis, receptus accolytus<sup>8)</sup>, sepultus in cimiterio sancti Maurittii.

Eodem anno obiit frater noster Theodricus de Kempis, receptus accolytus<sup>9)</sup>, sepultus in eodem sepulchro cum fratre Martino, fratre suo germano et naturali.

1430. Obiit dominus Henricus Curbach<sup>10)</sup>, unus de aureis sacerdotibus, qui dedit nobis minorem calicem et unam domum et

Ffya matrona, benefactrix nostra, ist im Kalender unter dem 12. November, Johannes de Byenborch, frater Roperti, fratris nostri, benefactor noster unter dem 11. November eingetragen.

1) † 20. Juni.      2) † 24. Sept.

3) Augustinerchorherrenkloster Frenswegen (Marienwalde) bei Nordhorn in der Grafschaft Bentheim, gegr. 1394. Vgl. über Rosmit auch H. 102, S. 104.

4) Ghyselbertus de Holte, † 9. Mai.      5) † 5. Juni.

6) Nyen, † 28. Sept.      7) † 10. Okt.      8) † 6. Nov.      9) † 10. Nov.

10) † 13. Januar. Vgl. H. 102, S. 104.

perpetuos redditus ad sanctam Gertrudem, et ex eius promotione habemus ibidem officium.

Eodem anno<sup>1)</sup> obiit dominus Gobellinus de Viscenich, pastor in Rodenkerchen, a quo habuimus pretiosa ornamenta et multa alia utensilia, qui etiam legavit nobis omnia sua debitis et legatis solutis.

Eodem anno obiit Hasa van Rome<sup>2)</sup>, quae partem reddituum comparavit ad sanctam Gertrudam.

1432. Obiit dominus Constantinus de Ludeschen<sup>3)</sup> presbyter, qui dedit nobis Summam confessorum.

Eodem anno obiit Jacob van Dyck<sup>4)</sup>, qui legavit nobis XXV marcas ad emendum unam marcam perpetuam pro sua memoria.

Eodem anno obiit Henricus Molenhem, qui saepe benefecit fratribus et legavit eis sex florenos.

1435. Obiit Johannes Neryngen cum curvis manibus<sup>5)</sup>, a quo receperunt fratres centum florenos in primis ad fabricam domus pro sua memoria, sed dubitatur, an perceperint.

1438. Obiit frater noster Gerlacus de Wyppervoerde<sup>6)</sup>, presbyter beneficiatus in capella sanctae Noetburgis, receptus.

Eodem anno obiit magister Philippus van der Dan<sup>7)</sup>, qui legavit nobis viginti florenos pro memoria sui et suorum.

1439. Obiit Franco Haerdefuyt<sup>8)</sup>. Fiat eius memoria et uxoris eius Katherinae, quia legavit nobis LXXX florenos superiores. Etiam desideravit fieri memoria pro parentibus amborum.

Eodem anno obiit Goertfridus Rempel de Tulpeto<sup>9)</sup>, qui fuit in proba apud nos ultra dimidium annum et legavit nobis omnia sua debitis et legatis solutis<sup>10)</sup>.

Eodem anno obiit venerandae memoriae frater Henricus de Ahus, presbyter et primus rector et fundator congregationis presbyterorum et clericorum in Monasterio et Colonia et Wesalia<sup>11)</sup>.

1) Im Kalender 1439, 26. Januar. 2) † 5. Januar.

3) magister Constantinus Haeck de Ludeschede, 20. März. Vgl. Matrikel der Universität Köln, hrsg. von Keussen, 78, 9.

4) in mari submersus, † 20. Mai. 5) † 16. Mai.

6) † 23. März. Vgl. Matrikel der Univ. Köln 27, 4.

7) † 21. Febr. 8) † 11. Mai. 9) † 8. Okt.

10) Das Testament des Gottfried Rempel, altarista in parochiali ecclesia s. Petri Tulpetensi, vom 24. September 1439 im Domarchiv in Köln.

11) Kal. zum 14. Februar: Obiit piee memoriae frater Henricus Ahuys presbyter, rector et fundator fratrum primus in Monasterio, Colonia et Wesalia. 1439.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Gortfridus de Kempis<sup>1)</sup>, receptus, sepultus Trans Aquas<sup>2)</sup> prope dominum Henricum Ahus.

Eodem anno obiit Elizabet super Portam Graecorum<sup>3)</sup>, quae legavit nobis quatuor marcas perpetuas up dem Boechel.

Eodem anno obiit Katherina vidua<sup>4)</sup>, quae dedit nobis duos florenos.

1441. Obit dominus Everhardus Haerdefuyst<sup>5)</sup>, monachus sancti Matthiae prope Treverim<sup>6)</sup>, frater Gumperti fratris nostri.

Eodem anno obiit Anna Hardenfuyst<sup>7)</sup>, quae dedit fratribus viginti quinque florenos.

1444. Obit in Monasterio frater Johannes Emeshues<sup>8)</sup>, presbyter receptus.

Eodem anno obiit dominus Jacobus de Eyck<sup>9)</sup>, presbyter, qui dedit nobis casulam suam et plures pro nobis scripsit libros propria manu, cuius etiam executores plures addiderunt.

Eodem anno obiit dominus Otto de Berendorf, qui legavit fratribus quinque ducatos Ungarienses.

1447. Obit in Monasterio frater Henricus Pyper de Wesalia<sup>10)</sup>, clericus receptus.

1448. Obit dilectus frater noster Henricus de Waeldenroede<sup>11)</sup> sepultus ante ecclesiam sancti Panthaleonis. Fuit unus de primis fratribus.

Eodem anno obiit Mynardus de Tremonia<sup>12)</sup>, qui exposuit quingentos florenos pro prima emptione domus nostrae contentando hinc inde aureos sacerdotes et legitimos heredes.

Eodem anno obiit honesta matrona domina Lucia Yolis de Lyns<sup>13)</sup>, quae sepulta est in Confluentia ante portam sanctae Katherinae, pro qua et suis ac exulibus animabus fideliter fiat anniversarius. Quid vero dederit, invenire non potui.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Gerrardus Buderich, clericus<sup>14)</sup>, qui obiit anno suae receptionis sexagesimo quarto, homo praecipuae humilitatis.

1) † 22. Sept.

2) Überwasser oder Liebfrauen, Pfarrei in Münster.

3) † 16. August.      4) † 1. Juli.      5) † 16. August.

6) Benediktinerkloster.

7) † 28. Juni.      8) † 22. Mai.      9) † 25. April.      10) † 12. März.  
11) † 5. Jan.      12) † 16. März.      13) † 14. Nov.      14) † 4. Nov.

Item dominus Petrus de Meroede exposuit pro memoria Rynaldi ducis<sup>1)</sup> Gelriensis quinquaginta florenos.

1449. Obiit dominus Christianus de Erpel<sup>2)</sup>, praepositus ad gradus Mariae, singularis amicus domus nostrae, qui legavit nobis moralia sancti Gregorii scripta per dominum praepositum Andreae Rent<sup>3)</sup>.

Eodem anno obiit Goetscalcus Hogheboren<sup>4)</sup>, qui legavit domui nostrae ducentas marcas. Fiat ergo memoria sui et suorum.

1450. Obiit Bela de Caminata<sup>5)</sup>, quae fuit multum fidelis domui nostrae. Etiam legavit nobis calicem, sub cuius pede habentur d. b.<sup>6)</sup>, ac centum marcas, quas habuimus ab ea ultra. Item Wolfardus Gels post obitum suum scribatur circa eam cum memoria propter calicem.

Obiit eodem anno frater Bernardus de Buderych<sup>7)</sup>, presbyter et primus rector congregationis fratrum in Hyldeschem.

Eodem anno obiit Petrus Dyman<sup>8)</sup>, presbyter. Etiam fiat memoria pro Gobellino Rempel et suis heredibus.

Eodem anno obiit Alheydis de Hovenich<sup>9)</sup>, quae legavit domui nostrae quinquaginta florenos et multa etiam utensilia.

Eodem anno obiit Wynandus de Roremundis, qui dedit nobis urceum ad communionem fratrum cum libris impressis valore XX florenorum<sup>10)</sup>.

1451. Obiit dominus Petrus de Meroede, canonicus ecclesiae sancti Severini, qui dedit trecentos florenos superiores ad emendum redditus perpetuos, ut fratres omnes habeant sui memoriam et parentum ac amicorum suorum. Verum est, quod recepimus trecentos florenos, sed dedimus annuatim sibi pro hiis victilicium viginti florenos ita, quod habuimus remissiolem gratiam, quam moris est, quare tenemur pro eo orare.

1) Der Herzog ist im Kal. unter dem 11. Sept. verzeichnet.

2) † 16. August.

3) Alb. Rente; vgl. Matrikel der Univ. Köln 98, 26.

4) † 10. März. 5) † 29. Nov. 6) Soll wohl heissen: Dedit Bela.

7) † 21. Sept. Er starb aber nicht 1450, sondern 1457. Das Hildesheimer Nekr. hat als Todestag den 23. Sept. (bei Doebner, Die Annalen und Akten der Brüder vom gemeinsamen Leben in Hildesheim, Hannover und Leipzig 1903, S. 294). Vgl. auch H. 102 S. 113.

8) † 4. März. 9) † 6. März. 10) Leider erfährt man nicht, welche. Auch ist das Jahr nicht unbedingt sicher, so dass die Notiz für die Geschichte des Buchdrucks schwer verwertbar ist.

Obiit<sup>1)</sup> nobilis matrona Walburgis de Moirsa. Benefecit domui nostrae in notabili summa bene ad CCCC florenos venientes [!] ad aedificationem capellae nostrae antiquae. Fiat ergo memoria eius et suorum.

1452. Obiit in Wesalia frater Johannes Senden<sup>2)</sup>, presbyter receptus ibidem.

1453. Obiit in Monasterio frater Gerardus de Borken<sup>3)</sup>, presbyter receptus ibidem et in Colonia.

Eodem anno obiit nobilis matrona domina Walburgis de Moersa<sup>4)</sup>, quae benefecit nobis in notabili summa bene ad quadringentos florenos. Ista fuit soror domini Theodrici, episcopi Coloniensis.

Eodem anno obiit in Wesalia frater Johannes Kole de Clivis<sup>5)</sup>, rector eiusdem domus primus<sup>6)</sup>, de cuius patrimonio etiam prima fundatio eiusdem domus provenit<sup>7)</sup>, qui circa XII annos rexit domum praedictam, frater receptus in Monasterio, sepultus in Wesalia apud fratres, quos tantopere laudabiliter rexerat.

Eodem anno obiit in Wesalia frater Egbertus de Oetmersem<sup>8)</sup>, accolytus.

Eodem anno obiit in Wesalia frater Johannes Becker<sup>9)</sup>, laicus receptus ibidem.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Florentius Cassel<sup>10)</sup>, presbyter receptus.

Eodem anno obiit honestus domicellus Henricus Haerde-fuyst<sup>11)</sup>, domesticus noster et pater fratris nostri Gumperti. Hic comparavit dimidiam curtem Abels in terra Kempensi fundando primam missam perpetuam in summo altari et exposuit pro illa dimidietate V<sup>c</sup> florenos superiores<sup>12)</sup>.

1) Die folgende Eintragung ist wieder gestrichen, weil sie unter 1453 wiederholt wird.

2) † 8. Okt. 3) † 1. März. 4) † 20. April 1453. 5) † 18. Juni.

6) Der erste Rector des Weseler Hauses war vielmehr Heinrich von Wernen 1435—1439; vgl. H. 102 S. 106. Dann folgte erst Kolk.

7) Er hatte in Wesel das Haus seiner Schwester geerbt, das er für ein Fraterhaus hergab.

8) † 19. Juni. 9) † 20. Juni. 10) † 10. Juni. 11) † 3. August.

12) Von späterer Hand hinzugeschrieben: Anno 1622. ab ordinario vel eius in spiritualibus vicario redactum est praescriptum sacrum quotidianum ad duo vel tria. Vgl. auch H. 102 S. 109 und oben zu 1441.



1454. Obiit Henricus Haech, magnus amicus et fautor domus nostrae<sup>1)</sup>, qui instituit missam cantandam ad sanctum Martinum pro domo nostra et pro redditibus exposuit XIII<sup>c</sup> florenos superiores pro curte in terra Kempensi et legavit ultra illos trecentos florenos domui nostrae, quos retinuit nepos eius, sed semiducentos de illis dedit ad structuram capellae et sedilium in eadem.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Hermannus, carpentarius, laicus receptus.

1455. Obiit dominus Johannes Stummel<sup>2)</sup>, secretarius consularis Coloniensis, qui struxit puteum et locum secretum. Et semper fuit promotor et protector noster apud consulum et multa bona fratribus nostris fecit et etiam legavit domui nostrae unum florenum superiorem hereditarium emptum erga monasterium sancti Panthaleonis.

1456. Obiit in Monasterio frater Martinus<sup>3)</sup>, presbyter receptus ibidem.

Eodem anno obiit dominus Johannes de Foro<sup>4)</sup>, cuius pater noster pia memoriae pater Nicolaus<sup>5)</sup> fuit executor, et iste fecit memoriam suam apud nos.

1457. Obiit pia recolendae memoriae venerandus et praedilectus pater noster frater Nicolaus Dens<sup>6)</sup>, presbyter et domus nostrae primus rector permanenter institutus<sup>7)</sup>, homo latae caritatis.

1458. Obiit Elizabeth Ranswessgersse et dedit domui nostrae quinquaginta florenos et postea intravit monasterium Machabeorum.

Eodem anno Bela, pistrix circa Portam Graecorum<sup>8)</sup>, quae legavit domui nostrae centum florenos in vita sua. Et fuit ei addictum, quod post obitum ipsa et Johannes de Kerpena, maritus eius, debeant inscribi ad librum memoriarum et anniversarium pro ipsis, pro genitoribus eorundem et pro quibuscunque desiderabant fieri.

---

1) † 9. März.

2) † 14. Okt. Nähere Daten über ihn bei Keussen, Matrikel der Univ. Köln 44, 1.

3) Martinus Lewardiae † 12. März.

4) † 13. Nov. Er ist wohl identisch mit dem im März 1411 immatrikulierten vic. eccl. s. Andreae (Matrikel 88, 19).

5) Nikolaus Dens. 6) † 28. Januar.

7) Vgl. H. 102 S. 105 f.

8) † 4. April.

Eodem anno obiit Arnoldus Geilenkerghē<sup>1)</sup>, pistor zome hasen. Una cum uxore sua Elsa dedit fratribus nostris centum florenos superiores desiderans singulis septimanis perpetuo celebrari unam missam de domina sabbatinis diebus, si fieri potest. Alias sufficiat alia die hoc fieri aut saltem in honore beatae Mariae cum collecta, si sabbato fuerit festum. Et singulis annis anniversarius eius peragi, voluitque, quod perpetui redditus pro praescriptis pecuneis emerentur. Cum his pecuneis sunt empti quinque floreni superiores perpetui redditus in hereditate Amelong prope Rees, sed postea redempti et in Tulpeto repositi.

Eodem anno obiit dominus Johannes de Curia<sup>2)</sup>, frater donatus ad Carthusienses. Quando adhuc erat sui iuris, ultra multa beneficia nobis collata dedit nobis XL florenos ad comparandum duo maldra siliginis pro memoria sui et parentum suorum. Et quia fuimus partim angariati pro pecuneis domino episcopo tradendis in tanta summa ex ipsius exactione, sic praescriptos XL florenos dedimus episcopo et deputavimus duo maldra nostra siliginis in Elvenich, quousque emere possimus alia duo maldra.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Robertus Byenberch, presbyter receptus<sup>3)</sup>, sepultus in capella nostra ante chorum.

1459. Obiit in Wesalia Johannes de Batenberch<sup>4)</sup>, presbyter receptus ibidem.

Eodem anno obiit Johannes Helt<sup>5)</sup>, pater fratris nostri Hermannii Helt de Hammone, unde venerunt domui nostrae notabilia bona in redditibus et in promptis rebus in valore pro nobis in bonis VIII<sup>c</sup> flor. Ergo merito tenemus pro illis et pro quibus desideraverunt memoriam habere.

Eodem anno obiit Elsa de Duesberch, uxor Arnoldi de Giellenkerchen, pistoris zome hasen. Ista volens cultum divinum pro modulo suo augere et singulari ergo devotione et confidentia ad nos dedit et donavit simpliciter et irrevocabiliter centum florenos superiores ad comparandum redditum perpetuum aut bona hereditaria pro domo nostra et ad communem usum et in levamine expensarum unius presbyteri pro tanto petens humiliter propter Deum talem ordinationem per nos fieri, quatenus perpetuis futuris temporibus per unum de presbyteris nostris singulis feriis sextis

---

1) † 4. August.

2) † 15. Okt.

3) † 16. Sept.

4) † 6. April.

5) † 16. Nov.

celebretur missa in capella nostra de sancta cruce in memoriam eorum, quae Dominus passus est in cruce, pro salute sua et eorum, pro quibus desideravit. Si tamen ritus communis ecclesiae obstaret, sufficiat id fieri per directionem intentionis et memoriae praetactae cum officio illius diei et collecta de sancta cruce committens et confidens haec conscientiis nostris.

Item haec eadem persona anno sequenti simili devotione similiter in augmentum divini cultus et ob salutem animae suae et eorum, pro quibus desideravit, dedit nobis adhuc centum huiusmodi florenos ad comparandum per nos bona hereditaria pro domo nostra ad communem usum ut prius pro fundatione et institutione unius perpetuae missae singulis dominicis diebus per unum de nostris presbyteris in capella dicendae cum memoria eiusdem et eorum pro quibus desideravit. Quas pecuneas cum suo onere recepimus et acceptavimus et istas cum prioribus centum in districtu Tulpetensi pro bonis hereditariis exposuimus. Quae licet dudum erant empta, tamen credita, quibus adhuc extiterant gravati, nondum erant, sicut nunc actum est, soluta. Eique fidem pro nobis et successoribus nostris circa praemissa taliter observanda voluntarie addiximus. Et propterea nos et successores nostros ad huiusmodi missas celebrandas fore obligatos constanter pronuntiamus. Item diem et annum mortis eius non inveni.

1460. Obiit dilectus frater noster Henricus de Sonsbeck<sup>1)</sup>, clericus, multum gratae et benignae conversationis, qui ad triginta tres annos serviens Deo et nobis fidehissime in officio coquinae propter ipsius alacrem promptitudinem in obsequendo verbis et factis exhibita dictus est frater libenter.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Arnoldus Krusa<sup>2)</sup>, laicus receptus.

Eodem anno obiit Lueckardis<sup>3)</sup>, mater fratris nostri Hermannii Helt de Hammone, unde venerunt domui notabilia bona.

Eodem anno obiit senior Gerrardus Cuesen pater<sup>4)</sup>, cuius filius dedit nobis quatuor mercas [!] perpetuis temporibus pro memoria sui et suorum, pro quibus desideravit<sup>5)</sup>.

1) † 7. April.      2) † 9. Febr.      3) † 1. Juni.      4) † 3. Dez.

5) Von späterer Hand ist hier eingefügt: Helena et Joannes Gels nepos sacerdos fundarunt tres missas hic in altari ss. apostolorum singulis septimanis celebrandas et memoriam quater in anno circa quatuor

1461. Obit egregius dominus magister Tylmannus de Lyns<sup>1)</sup>, sanctorum Florini et Andreae Coloniensium ecclesiarum praepositus et decanus, singularis fautor domus nostrae, qui etiam legavit nobis decem florenos superiores.

Eodem anno obiit dignae memoriae venerabilis magister Georgius Gladbach<sup>2)</sup>, legum doctor, qui legavit nobis XXX florenos ad comparandum unum maldrum tritici in quadragesima fratribus distribuendum, et sui executores remiserunt nobis X florenos, quos tenebamus, addentes adhuc X fl. in recompensam ministerii sibi exhibiti per quandam de fratribus.

Eodem anno obiit dominus Conrardus Friese de Waertberch<sup>3)</sup>, canonicus ecclesiae sanctorum Martini et Severi in monasterio Meynfeld Treverensis diocesis. Legavit nobis hereditarium redditum quatuor floren. superiores cum centum similibus floren. emptum erga Carthusienses in Colonia sub gratia reemptionis ad instituendum memoriam perpetuam pro se, Henrico et Elizabet, parentibus, domino Henrico, presbytero, et Alberto, laico, fratribus et benefactoribus suis, per nos et successores nostros sub modo infrascripto circa diem anniversarii obitus eiusdem in vigiliis missis et commendationibus peragendam, quod post missam hora congrua responsorium „Beata es virgo Maria, quod Dominum portasti“ cum versu „Et gloria patri“ cum repetitione devote decantetur. Eodem die unus florenus superior pro augmento refectiois fratrum exponatur. Et quia dicti Carthusienses non longe post obitum praenominati domini Conradi in reemptione huiusmodi redditus IV fl. assignaverunt nobis centum fl. in bono auro, nos cum illis sic receptis comparavimus certa bona in districtu Tulpetensi, quae licet dudum erant empta, tamen credita, quibus, propterea usque nunc eramus gravati, nondum erant soluta.

Eodem anno obiit dominus Johannes Ymmerode<sup>4)</sup>, canonicus et thesaurarius ecclesiae sancti Andreae Coloniensis.

1462. Obit Arnoldus Klepping de Tremonia<sup>5)</sup>, beneficiatus in Capitolio. Legavit domui nostrae quatuor libros seu volumina iuris canonici, videlicet Decretales, Sextum, Clementinas et Summam Pisani cum hac restrictione annexa, quod huiusmodi quatuor

---

tempora servandam ao. 1459. Anno 1622. consensit, ut praescripta tria sacra ad duo reducantur, rmus. dominus vicarius in spiritualibus.

1) † 30. Januar. Nachrichten über ihn bei Keussen, Matrikel 86, 16.

2) † 3 Dez.

3) † 6. Nov.

4) † 13. Mai.

5) † 2. Febr.

volumina nunquam possunt vel debent salva fidelitate a domo nostra in Wydenbach alienari. Commisit etiam uni executorum suorum, quod cum XXIV florenis superioribus emeremus redditum unius floreni perpetuum [pro] perpetua memoria sui et suorum, pro quibus desideravit, circa diem anniversarium obitus eiusdem per nos peragenda in vigiliis, missis et commendationibus. Hic notandum est, quod dudum emeramus certa bona hereditaria in districtu Tulpetensi nobis convenientia propter bona ibidem antehabita pro trecentis et XXIV florenis superioribus, prout circa descriptionem illorum bonorum invenietur specificatum. Et hae pecuniae erant mutuo receptae sic, quod propterea mansimus creditis ad tantum extensis gravati. Et nunc cum illis CCCXXIV florenis suprascriptis satisfacimus creditoribus nostris et huiusmodi praetacta bona assignavimus praedictis missis, scilicet una pistoris et duae pistricis et memoriis.

Eodem anno obiit in Wesalia apud sorores frater Jordanus de Ymmenhusen<sup>1)</sup>, presbyter receptus ibidem apud fratres.

1464. Obiit Johannes Rynck<sup>2)</sup>, civis Coloniensis, qui legavit nobis quinquaginta florenos pro [memoria] sui et suorum, pro quibus desideravit.

1465. Obiit dominus Henricus Ganderssem<sup>3)</sup>, qui habitavit in domo nostro super dorsum canis. Hic ex devotione visitans terram sanctam mansit ibi in Jordane. Legavit nobis lectum et certa alia utensilia et libros et domum nostram liberam.

Eodem anno obiit Conradus Doleatoris<sup>4)</sup>, decanus ecclesiae sancti Bertholomei [!] Francfordensis, qui legavit nobis XX fl. Renenses.

1466. Obiit in Monasterio frater Johannes Vyscher<sup>5)</sup>, pater sororum in Coesfeldia. Primus ibidem ipse incepit congregationem<sup>6)</sup>.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Ambrosius Atten-doren<sup>7)</sup>, presbyter receptus nobiscum et in Wesalia et ibidem sepultus.

Eodem anno obiit dignae memoriae venerabilis magister

1) † 1. August.    2) † 22. Okt.    3) † 10. Juli.    4) † 15. April.

5) † 24. Febr.

6) Das Koesfelder Schwesterhaus wurde 1425 gegründet; vgl. Darpe, Codex traditionum Westfalicarum.

7) † 29. März.

Bernardus de Reyda<sup>1)</sup>, doctor theologiae, in reformatione monasteriorum et defensione iustitiae zelator praecipuus.

1467. Obiit dignae memoriae magister Henricus de Gorychem<sup>2)</sup>.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Johannes Breyt-  
bach<sup>3)</sup>, multum scrupulosus in vita sua, sed serenus et tranquillus  
in morte.

Eodem anno obiit in Wesalia frater Henricus Xanctis<sup>4)</sup>,  
presbyter receptus.

Eodem anno obiit Gerlacus frater de Gent<sup>5)</sup>, presbyter in  
Wesalia receptus.

Eodem anno obiit magister Johannes Notelen<sup>6)</sup>, presbyter,  
de quo habuimus breviarium, pro quo receperunt fratres nostri a  
domino Theodrico, episcopo Coloniensi, quadraginta florenos<sup>7)</sup>.

1468. Obiit dilectus frater noster Johannes de Baeharacho,  
presbyter receptus<sup>8)</sup>.

Eodem anno obiit in Monasterio Bertholdus de Hyldesym,  
presbyter receptus<sup>9)</sup>.

Eodem anno obiit dignae memoriae in Monasterio frater  
Bruno de Wesalia, presbyter<sup>10)</sup> et secundus rector ibidem sub rec-  
toratu vitam finientes [!].

1469. Obiit dominus Johannes Lanclaer de Aquis<sup>11)</sup>, altarista  
ad ortum Mariae. Legavit nobis breviarium suum.

Eodem<sup>12)</sup> anno obiit dominus Nicolaus<sup>13)</sup>, rector capellae sancti  
Matthiae. Dedit fratribus nostris triginta florenos pro memoria  
sui et suorum.

Eodem anno obiit Jacobus Nagels<sup>14)</sup>, benefactor in vita et  
post mortem tam in pecuniis quam aliis utensilibus, a quo habuimus  
ultra centum et quinquaginta florenos.

1) † 24. März. Nachrichten über ihn bei Keussen, Matrikel d.  
Univ. Köln 115, 7.

2) † 12. Febr.      3) † 16. Okt.      4) † 20. Okt.      5) † 2. Mai.

6) † 4. Juli.

7) Von späterer Hand ist hier eingefügt: Eodem D. Egbertus  
Bremer, sacerdos, benefactor. Dieser starb am 4. Juli. Vgl. über ihn  
Keussen a. a. O. 185, 5.

8) † 22. Januar.

9) † 1. Sept. Nach dem münsterischen Gedächtnisbuche (S. 93)  
hiess er Clingebyl.      10) † 27. Sept.      11) † 21. März.

12) Die folgende Eintragung ist später gestrichen.

13) † 9. Juni.      14) † 24. Juni.

1470. Obiit dilectus frater noster Lambertus Oetmersen, presbyter nonagenarius, homo notabilis patientiae<sup>1)</sup>.

1471. Obiit dignae memoriae frater Fredricus de Mera, quondam rector in Wesalia, de post electus in rectorem in Monasterio, ubi et prius receptus fuit<sup>2)</sup>.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Henricus Rees<sup>3)</sup>, presbyter, procurator receptus.

Eodem anno obiit honestus dominus Wylhelmus Loen de Monasterio<sup>4)</sup>, vicarius ecclesiae sanctae Mariae in Capitolio, qui legavit nobis pro memoria sui et suorum heredum censum hereditarium unius maldri tritici.

Eodem anno obiit magister Johannes de Juliaco<sup>5)</sup>, cuius executores dederunt nobis plures libros ex eius commissione pro memoria sui et suorum.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Tylmannus de Bruenswyck<sup>6)</sup>, clericus, qui servivit fratribus nostris ibidem in coquina multum fideliter quadraginta annis.

1472. Obiit dilectus frater noster Johannes Zutphaniae<sup>7)</sup>, presbyter, confessor sororum reclusarum sancti Rynoldi, receptus in Monasterio.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Hermannus Sonsbeck<sup>8)</sup>, receptus.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Theodricus Stralen<sup>9)</sup>, laicus receptus.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Hermannus Helt de Hammone<sup>10)</sup>, presbyter receptus.

Eodem anno obiit magister Henricus de Stipite<sup>11)</sup>, decretorum doctor, cuius mater dedit nobis XX florenos ad comparandum annuatim unum perpetuum fl. pro memoria eius et suorum parentum et pro quibus desideravit. Qui XX fl. sunt expositi in aedificio novi pistrini nostri. Sed postea emptus est unus fl. in Tulpeto de Hanchemechersch unica.

Eodem anno obiit dilectus frater noster Henricus Busch<sup>12)</sup>,

---

1) † 25. März. Von späterer Hand hier eingefügt: Eodem ao. D. Siboldus de Wipperfoerdts sacerdos benefactor. Vgl. unten zum Jahre 1488.

2) † 29. April.      3) † 20. August.      4) † 24. Okt.  
 5) † 25. Sept.      6) † 5. Nov.      7) † 7. April.      8) † 12. Mai.  
 9) † 15. Mai.      10) † 1. Juni.      11) † 27. August.      12) † 26. Sept.

portarius domus nostrae ad longa tempora, omnibus obsequiosus et multum benignus.

Eodem anno obiit in Monasterio frater Henricus Buderich<sup>1)</sup>, presbyter receptus.

Eodem anno obiit in Wesalia Henricus Pictor<sup>2)</sup>, laicus receptus.

1473. Obiit Hermannus de Vorst<sup>3)</sup>, existens aliquando commensalis noster.

Eodem anno obiit Margreta de Tulpeto et Eva, eius filia<sup>4)</sup>, unde venerunt domui nostrae aliqua bona.

Eodem anno obiit in Wesalia Johannes Monasterii<sup>5)</sup>, presbyter receptus.

1474. Obiit frater Henricus Engeter, apud nostros fratres receptus de Osnaburgis<sup>6)</sup>, qui incepit ibidem congregationem<sup>7)</sup> et diu portavit ad nudam carnem pansorium, sepultus in Zybeckeloe ordinis Cisterciensis<sup>8)</sup>.

1475. Obiit dominus Gerrardus Hollerman<sup>9)</sup>, canonicus Bunnensis, cuius executores dederunt nobis favorabiliter quinquaginta florenos.

Eodem anno obiit Goswinus Vogels<sup>10)</sup> et eius uxor; dederunt nobis viginti fl.

Eodem anno obiit Constantinus Leyskerchen<sup>11)</sup>, qui dedit fratribus Instituta sanctorum patrum pro se et suis heredibus.

Eodem anno obiit frater noster Hermannus de Hammone, confessor ad albas dominas.

1476. Obiit Johannes Waelbeck<sup>12)</sup>, clericus et civis Coloniensis, qui fecit domum nostram et conventum ad albas dominas heredes bonorum suorum, a quo habuimus ad valorem LXXX fl. in pecuneis, libris, papiro et ceteris utensilibus.

1477. Obiit dignae memoriae frater Johannes de Berlyn<sup>13)</sup>, secundus rector domus nostrae, sepultus in Monasterio.

1) † 14. Okt. Nach dem münsterischen Gedächtnisbuche (S. 93) hiess er Buck. 2) † 17. Okt. 3) † 19. Okt. 4) † 16. Juli.

5) † 19. Okt. 6) † 25. Juli.

7) Das Osnabrücker Haus musste wegen des Widerstandes des dortigen Stadtreiments wieder aufgegeben werden; vgl. darüber und über Engeter Barnikol a. a. O. S. 56 ff.

8) Von späterer Hand eingefügt: Eodem anno obiit Gobelinus Euskirchen presbyter receptus. 9) † 8. Juni. 10) † 1. August.

11) † 26. August. 12) † 8. August. 13) † 1. Juni.



Eodem anno obiit Johannes de Mommersloch<sup>1)</sup> et Wilhelma eius uxor, pro quorum conventu per cambium a civitate recepimus spatium domui et curiae nostris contiguum ad longitudinem earum usque in rivum protensum, prout in literis desuper confectis latius continetur. Fiat ergo memoria eorum et pro quibus desideraverunt.

